Omnis ſapiencia a dn̄o deo eſt ⁊ cū illo
fuit ſemper ⁊ eſt ante euū. Harenam maris ⁊ plu
uie guttas ⁊ dies ſeculi quis dinumerauit. Altitudinē celi
⁊ latitudinem terre ⁊ profundū abyſſi quis dimenſus eſt.
Sapientiam dei pcedentem om̄ia quis inueſtigauit. Vn᷒
eſt creator altiſſim᷒ om̄ipotens: rex potens ⁊ metuendus
nimis ſedens ſup tronū illius ⁊ dominans deus. Ipē cre
auit illā ſpiritu ſcō ⁊ uidit ⁊ dinumerauit ⁊ menſus ē
⁊ effudit illam ſup om̄ia opera ſua ⁊ ſup omnē creatu
ram ſecundum datum ſuū prebet illam diligentibus
ſe. ℟. Timor dn̄i gloria ⁊ glorificatio ⁊ leticia ⁊ corona
exultacōnis. Radix ſapientie eſt timere dn̄m: rami enim il
lius longeui. Nam qui ſine timore eſt nō poteſt iuſtificari. Fi
li accedens ad ſeruitutē dei: ſta ī iuſticia ⁊ timore ⁊ ꝑpara a
nimam tuam ad temptacionē. Deprime cor tuū ⁊ ſuſtine
ut creſcat ī nouiſſimo uita tua. ℟. Fili mi in manſue
tudine opera tua perfice ⁊ ſup om̄ia diligeris. Quanto mag
nus es humilia te ī omnibꝫ ⁊ coram deo inuenies graciam
qm̄ magna potencia dei ſolius ⁊ ab humilibꝫ honoratur. Al
tiora te ne queſieris ⁊ forciora te ne ſcrutatus fueris ſꝫ que
precepit tibi deus illa cogita ſemp ⁊ in opibꝫ tuis ne ſis
curioſus. ℟. Non tardes cōuerti ad dn̄m ⁊ ne differas de
die in diem. Subito enim ueniet ira illius ⁊ in tempore uin
dicte diſperdet te. Diſcede ab iniquo ⁊ deficient mala abs te
Humilia ualde ſpm̄ tuū qm̄ uindicta carnis impii ignis ⁊ uer
mis. Honora patrē tuū ⁊ gemitꝰ matris tue ne obliuiſcaris.
Memento qm̄ niſi per illos non fuiſſes ⁊ retribue illis quom̄
⁊ illi tibi. In tota anima tua time dn̄m ⁊ ſacerdotes illius
ſanctifica. In omni uirtute tua dilige eum qui te fecit ⁊ mi
niſtros eius nō derelinquas. Et mortuo nō prohibeas gra
tiam. non deſis plorantibꝫ ī cōſolatione ⁊ cum lugentibus

non te

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 57, 57b: 1v – Lectionarium officii (https://fragmentarium.ms/view/page/F-nwij/175/2678)